

RUDIMENTORVM COSMO-  
graphicorum Ioannis Honteri  
Coronensis Liber I.



OELORVM partes, stellas cum flati-  
bus, Vrbes,

Regnaq; cum populis, sparsas & in aequo-  
re terras,

Montesq; & fluuios, iunctisq; animalia plantis:  
Officia, sedes varias operumq; labores,  
Morborumq; simul species & nomina dicam.  
Mundus in æthereum, qui desuper imminet orbi,  
Inq; elementorum duplicatur corpora primum.  
Æthereus duplices sphærarum continet orbes,  
Fixaq; cum septem stellis errantibus astra.  
Maiores cycli, qui mundum partibus æquis  
Distribuunt, ut signifer æquatorq; feruntur:  
Quemq; dies medius designat, & imus horizon,  
Lacteus, ac duo qui ducuntur ab axe coluri.

Zodiacus primum bisenit vndique signis  
Conspicuus, tropicum attingens obliquus utrunq;  
A summo cancrum, capricornum cernit ab imo.  
At qui signiferum rectus secat, inq; priori  
Lanigeri libræq; gradu lucem æquat & umbras,  
Æquator, media in mundi regione locatur.

A 2

LIBER

**Qui paribus spacijs occasum cernit & oreum  
Circulus, & gemino concurrit semper in axe:  
Discernit q̄, diem, variat q̄, mesembrinus orbem.  
Hinc medium spheræ superum distinguit ab imo  
Alter, & is cœli primum terræq̄ supremum  
Coniungens fertur (quia visum finit) horizon.  
Lacteus hinc sequitur candore notabilis ipso,  
Qui solo cœlo spectatur nocte sereno,  
Transuersusq̄ diu geminum prætermeat axem.  
Mox bini subeunt, qui quatuor antè relatos,  
Seq̄, secant, gemino coeuntes cardine mundi,  
Tempora qui signant anni, cœlumq̄ per astra,  
Quatuor in partes diuisum mensibus æquis.**

**Hinc alios numerant prædictis orbe minores,  
Qui per inæquales diducunt sidera partes.  
Circulus ad boream complectitur Arcton, & intus  
Sidera concludit liquidum fugientia pontum.  
Alter ad æstiui defixus sidera Cancri,  
Solsticio longum cogit decedere Solem.  
Tertius hunc ultra Brumalis nomine dictus,  
Quo noctem tropico sol porrigit in Capricorno.  
Unus ab his superest extremo proximus axi,  
Quem terris pressum notius describit horizon.  
Hisq̄ parallelus zonis tibi quinq̄ profundum**

**Diuiditur**

P R I M V S.

Diuiditur cælum, totidemq; plagæ orbe premantur  
Quarum quæ media eſt, vix eſt habitabilis æſtu,  
Nix regit alta duas, totidem inter utranq; locatæ  
Temperiem retinent mista cum frigore flamma.  
Hanc nos incolimus contraq; antichtones illam.  
Nec dubium antipodes mulciſ ſiſtere terræ  
Partibus, ad centrum directis vndiq; plantis.  
Puncta duo cælum in paruos vbi voluitar orbes,  
Conſtituēre polos, geminoq; à cardine mundi  
Per centrum terraे tenuis deducitur axis.

Signifer hinc biſſex obliquas ſidera, quorum  
Sex videt ad boream, ſex aequidialis ad auſtrum  
Ter denis gradibus ſignum diſtinguitur vnum  
Biſ tricena gradus memoratur habere minuta.  
At qui ſignorum varia eſt natura genusq;  
Mascaſ ſunt, aries, gemini, leo, libra, ſagitta,  
Fusoſ aquæ, iunctumq; ſimul ſorita calorem,  
At ſibi fœmineam conſcificunt frigida ſortem,  
Bos, cancer, virgo, capricornus, ſcorpio, pifces.  
Frigida ſunt nocti, ſed maſcula ſacra diei.  
Ipſa quoque biſ anni variancur tempora ſignis,  
Namque aries, taurus, gemini, ſunt ſidera veris:  
Æſtatem cancer, leo trux cum virgine complent:  
Scorpius aurumnum, & dupliſ cum lance ſagitta:

A 3

## LIBER

Inde hyemem pisces, capricornus, aquarius addunt.  
Restat adhuc eadem ternis proportio signis:  
Igne a triplicitas aries, feraens leo, Chiron:  
Terrea sed taurus, virgo & capricornus habentur:  
Aeream fortem chelæ, vrniger atque gemelli:  
Scorpius appropriat, piscesq; & cancer aquosam.  
Deniq; cum vegetet communis corpora virtus,  
Singula membra tamē quoduis sibi vendicat astrum:  
Quippe aries capiti, taurus ceruicibus hæret,  
Brachia sub geminis censentur, pectora cancro.  
Sorte regit scapulas leo, ventrem atque ilia virgo,  
Libra tenet lumbos, & scorpius inguine regnat,  
Arcitenens femori, genibus capricornus amator,  
Cruraq; fusor aquæ reficit, vestigia pisces.

Et quoniam variæ currentes ordine stellæ  
Corporis æquales spacio, similesq; colore,  
Haud internosci poterant, solertia sparsas  
Struxit in effigiem & variarum membra ferarum,  
Imposuit simul iunctis cognomina stellis.  
Ab boream geminas ingens Draco diuidit Arctos.  
Hinc subit Arctophylax paricerq; Corona, Lyræq;  
Proximus Engonasis: post hūc ophiuchus & Anguis:  
Mox Aquila & Telum surgunt, & lactea Cygni  
Sidera, Pegasus hinc sequitur Delphina, simulq;  
Andromede

P R I M V S.

Andromede, Cepheusq; & Cassiopea parentes,  
Armatusq; gener Perseus: circum ora Medusæ  
Horrida, Deltoton simul Heniochusq; feruntur,  
Hinc aries, taurus, gemini, cancer, leo, virgo,  
Libraq; scorpius, arcitenens, caper, hydria, pisces.  
Cetus & Eridanus posse hæc vertuntur ad austrum,  
Orionq; premens Leporem, Procyonq; refulgens,  
Inde Canis maior stellataq; cernitur Argo,  
Perq; trium loca signorum se porrigit Hydra,  
Craterem dorso gestans, Coruumq; loquacem.  
Hic Fera Centauro resupina tenetur, at ultra  
Thuribulum, notiæ Piscis fugit astra Coronæ.

Sunt etiam propriæ dictorum sidera partes:  
Pleiades in dorso tauri sex esse feruntur,  
Fronte sedent Hyades, fundendis imbris aptæ,  
Inde Propus pedibus geminorum præuia, sed quæ  
In cancro nubem referunt, Præsepe vocantur,  
Moxq; duo circum Præsepe feruntur Asselli.  
Regia stella nitet generosi in corde leonis,  
Virginis in summa gestatur Spica sinistra,  
Sed Protrygeta subit prope dextram virginis alam,  
Quatuor in dextra quæ conspiciuntur Aquari,  
Urnam: at quæ pisces connectunt, Vincula dicunt.  
Nodus inest Vinclo: pedibus subiecta Bootæ

A 4

L I B R

Arcturi stella insequitur Plaustrumq; bouesq;  
Postremas Helices stellas; humeroq; sinistro  
Heniochi resider fidus pluuiale Capellæ,  
Inq; manu lœua geminus discernitur Hædus.  
As<sup>t</sup> argo in summa micat inclita stella Canopi,  
Sirius inde Canis fixus maioris in ore.

Hinc tibi per medium septem declive feruntur.  
Saturnus, Sol, Luna, Venus, Mars, Jupiter, Hermes  
Fixa quidem toto circumoluuntur olympos  
Sidera, sed proprios retinent errantia motus:  
Semper enim curiunt fixis contraria stellis,  
Atq; domos habitant biffena per astra, suasq;  
Exercent illic proprio quisq; ordine vires.  
Luna tenet cancrum, geminos cum virginis astro  
Mercurius, et auro & chelis Venus ipsa quiescit.  
Feruidus inde leo Soli, sed scorpius ardens  
Atq; aries Marti cedunt: hinc pisces vterq;  
Centaurusq; Iouem, Saturnum fusor aquarum  
Rectorem agnoscit, simul ægoceroris & astrum.  
At planetarum in rapidis distantia signis  
Dicitur aspectus, quo se impediuntq; iuuantq;  
Cum duo planetæ alterutris distare videntur  
Sextam signiferi partem, vel per duo signa,  
Aspectus fertur sexangulus: at tria quartam

Zodiaci

P R I M V S.

Zodiaci partem cum stant per signa planetæ,  
Conspicitur facies quadrangula: tertia sed pars  
Signiferi, reddit per quatuor astra trigonum.  
Deniq; per medium contraria sidera partem  
Eminus aspectum solici firmare planetæ:  
Ac certis spacijs concurrere rursus eodem  
In signo, quoties superi obscurantur ab imis.  
Sunt etiam aduersa gemini se parte secantes  
Orbes, quos faciunt Solis Lunaq; meatus:  
Sectio qua Phœbe gelidas ascendit ad arctos,  
Hæc eadem caput est: sed altera cauda draconis,  
Quà Luna imbriferum cursu descendit ad austrum.

Accipe quo spacio perlustrent signa planetæ:  
Saturnus cursum duodena per astra rotatum  
Motu retrogrado ter denis conficit annis.  
Bissenisq; louis biffena perambulat astra  
Sidus: at ipse duos graditur Mars amplius annos.  
Sol in se sua per vestigia colligit annum.  
Signa Venus, dubiusq; anno minus amplius Hermes  
Sed bis quindennis percurrit Luna diebus.

Hinc ortum triplicem nobis posuere priores,  
Quo stellæ ascendunt, obituq; sub æquora pergunt.  
Cosmicus exorto stellas cum sole reducit,  
Cum simul aduersæ tingunt se Tethyos vndis

L I B E R

Occiduo Chronicus surgentes cernit horizon  
Sole & in opposita stellas regione cadentes.  
Quin ubi Phœbus equis summo procul axe recessit,  
Incipiunt stellæ sensim aparere minores.  
Mox cum sol proprior flammis opera omnia lustrat,  
Astra polo fugiunt, quorum simul agmina cogit  
Lucifer & cœli statione nouissimus exit.

Ut stellæ in longum primo distare videntur  
Arietis à punto, sic has ecliptica monstrat  
Linea signiferi in latum cessisse. Per axem  
Et fortunatas quæ transit linea terras,  
Inde quidem trahitur distantia longa locorum:  
Sed spacio latum est, quod ab æquatore recedit,  
Atque poli gradibus respondet ubique leuaci.  
Declinat sidus, cum distat ab æquidiali,  
Eleuat ex imo quod in altum mittit horizon.

Mesembrinorum quiuis semisse recepto,  
Quindenue gradus, respondent protinus horæ  
Unius spacio: sex & triginta feruntur:  
Quisq; gradus denos retinet, quantoq; recedit  
Longius à medio noctes & quante diesq;  
Orbe, magis coiens geminum decrescit ad axem,  
Æstiuosq; dies numerosis explicat horis.  
At gradus in longum, sub cyclo scilicet a quo:

In

P R I M V S.

In latum, stadijs respondet vbiique locorum  
Quingentis, quorum spacia hæc tibi carmina signant.  
(Quatuor è granis digitus formabitur vnus.  
Est quater in palmo digitus, quater in pede palmus:  
Quinque pedes passum faciunt, passus quoque centum  
Quinque & viceni stadium dant: sed miliare  
Octo dabunt stadia, & duplatum dat tibi leucam.)  
Milleq; bis decies passus nunc iura diurnum  
Constituere vitæ spacium: miliaria forte  
Quatuor exiguoqe minus nostrata reddunt.

Inferior mundus tellure & aqua, aere & igne,  
Dicitur ex primis rerum consistere causis:  
Ex quibus assiduis vicibus modò cuncta creantur,  
In quæ iterum, quicquid natum est, natura resoluit.  
Aeris aethereo vis est stabilita sub igne,  
Quæ sibi dissimilis triplici regione notatur,  
Summa calet, media est gelidissima, proxima vtrunq;  
Æstatem ac frigus diuerso tempore sentit.  
Quippe vapor duplex ascendit in aera, primus,  
Crassus & humidior propria grauitate tenetur:  
Aridus atque calens sine pondere profilit alter.  
Ex humente quidem concrescere saepe feruntur  
Hybernæq; niues, matutinæq; pruinæ,  
Largior & crassis descendens nubibus imber,

L I B E R

Roresq; nebulæq; & mista grandine nimbi.  
E sicco alterna generantur force vapore,  
Fulgura cum tonitru, rapidi cum fulmine venti.  
Nomina ventorum posthac patriamq; docebo:  
Quatuor oppositus veniunt è partibus orbis,  
Quos circum varij dextra lœuaq; feruntur  
Impelluntq; leues aduersis flatibus auras.  
Frigidus à summo descendit Aparetias axe,  
Circius ad zephyrum, Boreas hunc cingit ad ortum.  
Auster ab aduerso pluuias inducit olympos,  
Ab Lybe qui dictum, dictum quoq; spectat ab Euro.  
Insuper & verno flat Subsolanus ab ortu,  
Solsticium huic sociat retrahentem nubila ventum.  
Brumalesq; tropæ violentum flatibus Eurum.  
Occiduo zephyrus de cardine spirat, ac ipsum  
Africus hyberno contingit sole cadente,  
At simul Argestes æstiuo solstitiali.

Tempus & ad solidam proprius descendere terram  
Quæ centro in medio penitus firmata quiescit.  
At circum roscis sol vectus ubique quadrigis  
Exortu lucem, discessu procreat umbram.  
Ecclipsimq; facit, si quando corpora lunæ  
Obiectu terræ radijs intacta relinquat.  
Oppositisq; leuem pingit sub nubibus Irim.

Nec

P R I M V S.

Nec dum etiam solitas diuersis mensibus anni  
Continuare vices, variasq; nouare locorum  
Perperuo cessat motus discrimine formas.

Longa parallelis est subdita terra duobus,  
Vnde dies medium ab reliqua distinguitur horam:  
Climaq; in oppositis memoratur partibus orbis.  
Atque hinc per Meroën, per niloticamq; Syenem,  
Et per Alexandri, Rhodij quoq; Apollinis yrbes,  
Perq; Hellefponsum atq; Borysthenis ostia currunt,  
Ripheasq; arces, quibus additur ultima Thule.  
Inde per antithesim contraria clima longas  
Imparibus spacijs variant noctesq; diesq;.  
Quinetiam tellus varia ratione vocatur,  
Insula, continuum simul & peninsula, & isthmus.  
Æquoreos itidem fluctus, quibus additus orbis,  
Oceanum appellant, pelagusq; sinumq; fretumq;.



RUDIMENTORVM COSMO-  
graphicorum Liber II.

**N**unc quoque terrarum triplices percurrere par-  
tes,  
Europæ, pariterq; Asiac, Libyæq; calentis  
Aggrediar, priscis miscens noua nomina regnis.  
Nanque velut rerum cursus sub sole per orbem  
Incertis vicibus nunc huc, nunc fluctuat illuc,  
Nec retinere valet stabilem per secula sortem:  
Sic olim indigenis bello, fame, peste fugatis,  
Nomina sëpe nouis sunt commutata colonis.  
Finibus Europa clauduntur Iberica regna,  
Quæ prima oceanum spectant, solemq; cadentem.  
Hinc sursum versus borealia littora Galli,  
Germaniq; tenent, & gentes Sauromatarum,  
Quæ Scythiam partim contingunt solis ab ortu:  
At Scythiam Thraces opibus belloq; superbi,  
Et Macedum quondam clarissima regna sequuntur.  
Græcia de hinc notum longe procurrit ad axem,  
Cui Peloponnesus bimari coniungitur Isthmo.  
Hinc procul Ionios exceptans margine fluctus  
Adriæ, Illyricis Italos sciungit ab aruis.  
Europa medium Dacorum regna tenent: mox  
Pannonia

S E C V N D V S.

Pannoniæ tellus vicinus iuncta Poloniæ,  
Undiq; terrificis premitur nimis obvia bellis.  
Principioq; triplex Hispania continet urbes,  
Batica quas posuit, quæ nunc Granata vocatur  
Quasq; Tagus spectat per Lusitanicæ regna,  
Quæ modo Castiliæ mutato nomine tellus,  
Gallicæ simul & Portugalensis habetur.  
Et quas præcipiti cursu pertransit Iberus,  
Qui per Navarram Tarragonensia rura  
Obliquus fugiens, pelagi coniungitur vndis.  
Corduba principio præpollet, & Ispalis urbes,  
Priscaq; Tarcessus, Paxiulia, Compostella,  
Hinc & Ulyssipo simul & Salmantica, moxq;  
Illipulæ magnæ & geminæ Carthaginis arces.  
Toletum, infelixq; olim Numantia, Burgis,  
Mæniaq; Emeritæ, & Gallis vicina Gerunda.  
Tum Pompeiopolisq; Augusta Cæsaris, atque  
Tarraco, quæ nomen citimo dedit inclita regno.  
His iungas veterem cum Barchinone Saguncum,  
Dertosamq; urbemq; Valentis nomine dictam,  
Ac plures alias, ubi non obscura feruntur  
Flumina, & hesperio recludunt ostia ponto,  
Betis, Anas, Doriaq; simul Minijq; fluenta,  
Et Tagus auriferus passim fæcundus arenis,

L I B E R

Hic Sacrum, Nerium, promontoriumq; Trileuce  
Oceano incumbunt: pelago Scombraria, Calpe,  
Quæ sociam spectat trans æquora stricta columnam.

Gallica Pyrene sublimi vertice regna  
Hispanis terris discernit solis ab ortu,  
Quatuor in partes diuisa: Aquitania prima eſt,  
Celtica quam sequitur: sed Belgica Narbonensem  
Desuper arctos submotam spectat ab oris.

Has nunc oltensis vicibus tenuere minores,  
Gasconij, Turonensesq; nouiq; Britanni,  
Normandi, Franci, Bourbonenses & Auerni,  
Picardi Flandriq; Hanones ditesq; Brabantii,  
Campani q; & quos Burgundia prisca Sabaudis,  
Ac Delphinatus pariter q; Prouincia iungunt.

Verum Aquitanorum celebres memorabimus vrbes:  
Primaq; Burdegala est, post hanc Genebūq; teneatur,  
Et Turonensis cellus, & Auaricon Andes.  
Lutetiam inde colunt, & Lugdunensia Celtæ  
Mænia, sed cessit Rotomagus in ordine Belgis,  
Et Gandaorum populi, ciuesq; Louani.

Tullion hinc Lotharingorum atq; Metensiæ rura  
Intermixta manent germanis vndique terris.

Cis Rhodanū Auenion iacet, Allobrogumq; Viennæ:  
Mox Arelas Genevæq; lacus, Vifontion, atque  
Massilia

S E C V N D V S.

Mæſilia extēnis quondam constructa colonis.  
Ulterior Narbo, Mons pessulus atque Tolosa.  
Sequana post Mosam, Ligeris, fluuiusq; Garumna,  
Oceani reperunt diuersa per ostia fluctus.  
In medium pelagus concordi fluminis alueo  
Ipſe Araris Rhodanusq; Isara, atq; Druentia currūt;  
Germanas etiam terras prope flumina Rheni,  
Atque alias alio iungam sub sole iacentes.  
Occiduas partes gens martia Germanorum  
Heluetij, simul & Vasti colit incola regni:  
Moxq; Sicambrorum populi, cultiq; Bataui.  
Cimbrica cum Frisijs Septem subiecta trioni.  
Chersonesus habet Pomeranos proxima saltus.  
Slesia sed roſeos ſolis conſurgit ad ortus.  
Inde Morauorum transgreditus rura videbis  
Austriacos colles & campos vitibus aptos.  
At Styriae scopuli, rarisq; Carinthia campis  
Australes, tangunt Athesina cacumina: moxq;  
Helactiæ summis & quandæ nubibus alpes,  
Quatuor in partes aliò currentia fundunt  
Flumina, Danubiū, Rhenū, Rhodanumq; Padumq;  
Interiora tenent diuersis Teutones arua  
Nominibus, iuxta Hercyniam cultissima ſyluam  
Rhætia Vindelicos Vuittembergensibus agris

B

L I B E R

Dividit: Alsatiam posse hos Franconia iungit  
Hessorum populis: quin & Turingia Misnæ  
Saxonas ac Marchos sociat, sed Norica tangit  
Oppida, continuis munita Boëmia syluis.

Trans Rhenum celebris Constantia prima tenerit  
Mox Basilea, simulque Argentinensia rura.

Treueris inde vetus Maguntinensibus aruis  
Iungit Aquisgranum, Agrippinensesque colonos.

Geldria, Traiectum pariterque Antuerpia magno  
Vicinæ oceano, cis Rhenum plurima passim  
Oppida respiciunt Fryslorum ac Vestfalarura.

Lipsia Brunsuigam gelidas hinc spectat ad arctos,  
Cassiliam ad zephyrum, disiunctos rursus ad amnes  
Hinc atque hinc geminam Francfurti dispicit urbem.

Aesse Erfordensi succedit proxima tractu

Heripolis, simul & vicinior Ulma Tubingæ.

Norica metropolis possit has, & Praga sequuntur,  
Breslaueque Lubecumque ac Vuittembergæ: sed ultra  
Danubium, tepidoque habitata propinquius austro,

Græcia, Villacumque Oeniisque cacumina ponit,

Hisque Salisburgam societ, pulchramque Viennam,

Cumque Ratispona Monachum: dehinc Vindelicorum

Augustam placet, & Patauinas addere ripas

His quoque largisfui fontes miscentur & amnes:

Ad

SECVNDVS.

Ad boream currunt Amasus, Visurgis & Albis,  
Rhenus, & hinc Odera, ac popularis veriꝝ Suevus;  
Danubius reliquos secum ducit ad orcum.

At nunc Sarmaticos campos Scythiamꝝ niualem  
Cis Tanaim fluuium & Maeotidis ampla paludis  
Æquora, sub stellis geminæ lustrabimus Vrsæ.

Hanc terram primum veteres coluere Agathyrsi,  
Et cum Thyssagetis Nomades, rigidiꝝ Georgi,  
Quin & Hamaxobij plaustris sine sede vagantes,  
Basternæꝝ, Getaꝝ, sagittiferiꝝ Geloni.

Insuper Euxino propior gens Taurica Ponto,  
Taurica supra alias quondam sœuissima gentes:  
Sed cultus terræ postremis mitior annis  
Contigit. Hesperiam partem zephyrisꝝ propinquam  
Nunc propria duplices retinent ditione Poloni,  
Et quæ Sarmatico coniuncta est Prussia ponto.

At Massouitas simul & Samogitia rurâ,  
Ad boream accliui sequitur Liuonia tractus.

Nec procul Hippophagis affinis Russia Moschis,  
Iunctaꝝ Lithuanos tangit Podolia saltus.

Eſſetiam extremo quædam sub cardine tellus,  
Ac Noriuegorum glaciali proxima pono  
Litora & indomitæ contermina Suetia Gottis,  
Scanorumꝝ rigens arctoo frigore tractus.

L I B E R

Sed tamen & cælo propiora fruuntur in quo  
Oppida, Riphæis nimis infestata pruinis.  
Atq; ideo rarae indigenis cultoribus vrbes,  
Quas inter celebris Posnania prima Plocenses  
Dantiscosq; pari discernit limite campos.  
Inde Toronensi Mons regius additur vrbis,  
Moxq; propinqua Rigæ Mariæburgensis agris  
Littora, Sarmatici q; caput Cracouia regni.  
Quin & Lublinæ sociata Premislia terræ,  
Vilna quoq; & propior Leoburga repentibus austriis.  
Istula præterea, liquidiq; Borysthenis vnda.  
Pluraq; per Scythicas currunt sine nomine terras  
Flumina, stagnantesq; augent remorata paludes.

Sed iam tempus erit propiores visere partes,  
Pannoniam, Illyriamq; simul, Thrace m q; cruenti  
Mauortis patriam, nimium nimiumq; propinquos  
Dalmatiæ fines, vastatamq; vndiq; Bosnam.  
Myorum inde solum, Dacorumq; oppida: quæ nunc  
Moldauiq; tenent, transalpiniq; Valachi.  
Et quæ Carpathio septem circundedit arces  
Vertice, Bulgaricis modò Transyluania terris  
Haud multum disclusa. Sed enumerabimus vrbes:  
Regia Budensis prima es, mox Agria, post quam  
Cremnicæ montes, Posonensiaq; arua sequuntur,

Es

S E C V N D V S.

Ecce cum Strigonicis Cassouia prisca colonis.  
His quoq; Bellogradum, et regalem iungimus Albam,  
Emporiumq; simul Varadini, atque alta Cibini  
Mænia, præcipitiq; sitam sub monte Coronam,  
Quam primam Europæ Christi documēta sequentem  
Sol oriens radijs lustrat propioribus urbem.  
Mox Adrianopolis Sophiae vicinior aruis,  
Nicopolisq; triplex iacet, & Selymbria, Varna:  
Inde Liburnorum Scardona, simulq; Ragusi,  
Quæq; tenent Ponti Byzantia litora fauces.  
Quid memorē Anchialonq; Heracleāq; Perintbumq;  
Abderamq; Maroneamq; & Olynthon, & Aenon,  
Callipolimq; & quæ sociant freta Seston Abydo,  
Atque alias, quarum iam nil nisi nomina restant?  
Imò etiam patrijs nunc vix hæremus in oris.  
Non tamen antiqui desunt regionibus amnes.  
Danubius secum defert Oenumq; Lycumq;  
Germanos fluuios: sed aquæ septemplicis Istri.  
Nomine mutato decliviibus vndique ripis  
Præcipitem Drauū ac Sauū, placidumq; Tibiscum,  
Et patrum simul in Pontum comitantur Alutbam.  
Strymonis Aegæo, Nessiō, Hebriq; fluenta  
Miscentur pelago. Montes quoque partibus illis,  
Ismarus & Rodope, coniunctusq; Orbelus Hæmo,

L I B E R

Et qui Dalmaticis late discernit ab oris  
Rascenses populos sinuoso vertice Scardus.  
Ulterior Macedum tellus, quondam inclita regna,  
Continet Albanos, mox Pæonas atque Pelasgos  
Æmathiæ campos quoque, Mygdoniæq; recessus.  
Has prope Thessalicis Magnesia iungitur agris,  
Doris item spectat Locrensis rura, sed vlt̄rà  
Proximat Aonijis Phocensis & Attica tellus.  
Trans Isthmum Ætolis simul & vicinus Acarnan,  
Epeirusq; iacet, varijs distincta colonis.  
Atq; hæc prisca quidem, nunc Turcia tota vocatur.  
Helladis at vix dum vestigia parua supersunt.  
Quin igitur veteres potius celebrabimus vrbes:  
Primaq; Dyrrachium est, vrbisq; ab Apolline dicta  
Mœnia, Pieriæq; domus gratissima Musis.  
Hinc Hypatæ, Phthiæq; & Larissæa sequuntur  
Oppida, mox & Opùs, & Pella insignis alumnis,  
Et quæ prima fidem nostrum diffudit in orbem,  
Amphipolisq; simul, nec non Berrœa, Philippiq;  
Et Thebæ Baccho celebres, & Apolline Delphiz  
Aulidis hinc portus, Megara & cerealis Eleusis,  
Tum proprium diue cognomen & vrbis Athenæ.  
His quoq; Naupactum, Anticyram et Calydonia rura  
Leucadaq; Ambraciām q; simul, glandisq; feracem  
Dodonam

S E C V N D V S.

Dodonam & celsam Buthroti iungimus urbem.  
Per Macedum fines pelagi petit Axius vndas,  
Nec procul & Chabrius rapidiꝝ, Haliacmonis am-  
Peneusꝝ, fluens medius per Thessala Tempe: (nis,  
Sperchij Ismeniꝝ, vadum, Cephisus & acer  
Illissus, crebrasꝝ, vrgens Achelous arenas.  
Quinetiam varij celebrantur in Hellade montes:  
Pelius, Othrys, Achos, & fato nobilis Oeta  
Herculis, & bijugo Parnassi vertice colles:  
Virgineusꝝ, Helicon, natusꝝ, ad sacra Cithæron,  
Ossaꝝ cum Pindo, maiorꝝ, ambobus Olympus.  
Hinc spectant Adriæ prærupta Ceraunia fluctus,  
Sunion Ægæum. Sed vastas carmine terras  
Helladis emensi, bimarem transibimus Isthmum.  
Ac simul Argolicas & Achæidas atq; Laconum,  
Et Peloponnesi reliquas per littora gentes,  
Vrbibus ex proprijs dictas lustremus, & intus  
Areadas antiquos: quibus adiijcentur & vrbes,  
Argosꝝ, Spartæꝝ, Agamemnoniæꝝ, Mycenæ:  
Mox Epidaurus adesce, & nobilis ære Corinthus,  
Olenus & Sicyon, Parræꝝ, humilesꝝ, Cleonæ,  
Gythion ac Træzen, Messene, notaꝝ, Lerne,  
Inde Methona, Pylus, Pisarum atq; Elidis vrbes,  
Mantineæ, Tegeæ, Megalopoleosꝝ, coloni.

L I B E R

Inachus Argolicos campos, Asopus Achiuos,  
Eurotas cultos Lacedæmonis irrigat agros:  
Nec procul Alpheus lapsus subter mare, qui posc  
Ore Arethusa tuo Siculis confunditur vndis.  
Arcadiam illustres incingunt vndiq; montes,  
Menala, Taygetus, Pholoe ac Symphalides vma-  
Et cum Cylleno gelidi pineta Lycae. (bræ,  
In Mare Spiræum tendit, Maleaq; furentis  
Æstus, & Acritas ac Tænarus ostia Dicit.

Hesperios procul hinc tractus, atq; Itala regna  
Incungit mare quod suprà, quodq; alluit infrà:  
Sed medium duplices secat Appenninus utrinq;  
Ausoniam in partes. Adriam littusq; sinistrum  
Cum Carnis Venetiq; colunt, Galliq; togati,  
Umbri, Picentesq; viri, Prisciq; Sabini,  
Pelignosq; sequens Frentanus, & Appulus agros.  
Hic Salentini Calabriq; per oppida campi,  
Magnaq; in Ausonijs habitatur Græcia terris.  
Brutia Lucanos Tyrrheno littore primos,  
Et Campanorum lacos circum æquora colles,  
Volscorumq; domos spectat veteresq; Latinos.  
Hinc Ligurum populos, Hetruscorumq; penates,  
Insubriumq; agros, spaciofasq; insuper urbes:  
Quæq; tenent Veneti munita palatia ciues,

Et

S E C V N D V S.

Et Mutinæ Parauiq; arces, ditisq; Rauenna.  
Histrorum inde iacent Tergeste, Aquileia tractu:  
Ulra Anconamari spectata, Bononia campis,  
Mox & Ariminon & Ferraria, Nursia, Sulmo,  
Sipuntum atq; Amiterna domus, Venusinaq; rura,  
Brundusiū, Hydruntūq;, propinquaque recta Crotonis.  
Inde Tarentinæ Metapontum iungimus urbi,  
Rhegion ac Locros, biferi q; rosaria Pæsti,  
Sirenum scopulos, promontoriumq; Mineruæ,  
Surrentum, Capuam, atq; altū Præneste, Salernum,  
Parthenopesq; arcem, & Cumæ templam Sibillæ,  
Nuceria & Nolæ Beneuentanosq; colonos,  
Antiphatæq; domum, & Circeæ littora terræ.  
Mox Caetæ iacet, Sinuessaq;, Tybur, Aquinum,  
Ardeaq; & rerum quondam pulcherrima Roma,  
Roma caput mundi: Perusinaq; rura sequuntur,  
Et Florentinis immisso mænibus Arnus.  
Nec Mediolani pulchram reticebimus arcem,  
Deretonam Ticinumq; simul, Genuamq; superbam,  
Tridentum, Pisamq; urbem, veteremq; Cremonam,  
Mantua quam sequitur, Verona, Placentia, Parma,  
Atq; aliæ plures, quas præterlabitur amnis  
Eridanus, post hunc Rubicon præcepsq; Timauus:  
Hinc Tifernus, & Hirpinis è montibus ortus

B 5

L I B E R

Aufidus: ac Tuscum qui deuoluuntur in aquor,  
Vulturnusq; celer, Silari Sarniq; fluenta,  
Cuiq; fuit rerum concessa potentia, Tybrus.  
Sed quis finis erit, si prosequar omnia verbis  
Oppida & apricos colles, sylvasq; lacusq;  
Fluminaq; & campos, sinuososq; vndiq; portus?  
Omnia sunt fama totum vulgata per orbem.

RUDIMENTORVM COSMO-  
graphicorum Liber III.

**H**ædenus Europæ lustratis ordine regnis,  
Et procul hinc venis immësa per aquora vedi,  
Tandem Asie magnæ populos videamus & urbes.  
Hanc late triplici contingens littore vastus  
Alluit oceanus. Zephyris obuersa tenetur  
Inclita Syrorum tellus, Asiaq; minoris  
Portio, & antiquo notissima carmine Colchis.  
Tum variæ gentes passim deserta Scytharum,  
Mox etiam tenui felices vellere Seres,  
Tartariciq; tenent borealia rura coloni.  
Hinc oriens Scythiam trans celsum spectat Imaum,  
Regnaq; trans latum quæ restant India Gangem.  
Quinetiam interior longe procurrit ad austrum  
India, Carmanisq; propinqua Gedrofia terris,  
Perfidis

T E R T I V S.

Persidis inde solum sequitur, Chaldaeaq; regna,  
Totaq; thuriferis Panchaia pinguis arenis.  
Maltæ incus gentes celebres, populiq; potentes  
Terrarum varios sparsim tenuere recessus.

Sed nos iam Syriæ pennis aduersa fauoni  
Littoraq; & terram lustremus melle fluentem.  
Prima Palæstinam Sirbonidis alluit vnda,  
Mox & oliuiferis Iudææ collibus, illinc  
Phœnissas pariter gentes, Apamenaq; rura,  
Verùm hinc palmiferam prorsus sociabis Idumen.  
At Galilæorum spaciose limite fines  
Latifluus Iordan scindit Trachonitidis aruis.  
Interiusq; solum bis quinis vrbibus aptum.  
Hinc Cœleus syriam, hinc Casiotidis aspicit agros:  
Insuper & medium concludunt flumina terram  
Tigris & Euphrates, qui per Babylonica lapsi  
Mænia, voluuntur sinuosum in Persidis æquor.  
Sunt etiam egregiæ dictis regionibus vrbes,  
Ascalo & Antipatris, pariterq; Azotiarura,  
Et Samaritanis habitata Sebasta colonis.  
His sacram Solymorum ædem, Gazamq; potentem,  
Cæsaream duplicem, & priscam iungemus Ioppen,  
Cum Sidone Tyrum celebrē, & Ptolemaidis urbem,  
Beryton ac Tripolin, Myriandron, Laodiceam,

L I B E R

Tiberij atque alias Galilæi litoris arces,  
Et Gadarenorum fines urbemq; Scytharum.  
Nec procul Europum claramq; videbis Edessam;  
Nisibin, & latio maculatas sanguine Carras.  
Est quoque diuersis non vna Seleucia terris,  
Prima tenet latus, medios colit altera campos.  
Palmyra deinde subest, Hierapoleosq; coloni.  
Antiocheia duplex, quarum accolit altera Taurum,  
Alteram per medium labentem cernit Orontem.  
Chrysoroas pulchro præterfluit amne Damascum.  
Iordanisq; sacer geminis è fontibus ortus,  
Per lataas valles & amænos vndique saltus  
Tandem Asphalticæ diris imenergitur vndis.  
Hoc tractu quondam Deus impietate superbas  
Sulfureis flammis Sodomorum perdidit vrbes.  
Et Iericunta quidem similis vindicta secuta est:  
Totaq; nunc regio priscis viduata colonis,  
Obruta desertis vestigia querit in agris.  
At nunc præcipuos videamus in ordine montes,  
Fæendum cedrus Libanum, celebrataq; fama  
Carmeli iuga: mox è quo Deus ipse tremendo  
Fulgure cum tonitru lapsum percerruit orbem.  
Inde duplex Casius geminato vertice surgens,  
Hinc Pelusiacæ, inde Seleuci iungitur vrbi.

Verum

### T E R T I V S.

Verum age nunc tandem portas superemus Amanī  
Ac primos Cilicum populos, Asiacq; minoris  
Littora, & internos peragremus ubique recessus:  
Pamphyliam & Lycias vrbes, Lyciacq; propinquos  
Caras, & Aegæi confines æquoris agros:  
Ioniæ clarasq; domos, Lydosq; penates,  
Æolidosq; & Nyforum quondam inclyta rura.  
Hinc Rhetæa iacent Phrygiæ clarissima bello  
Littora, principiumq; Propontidis Hellespontus:  
Mox Bithynorum fines, quæ strictior alter  
Bosphorus Euxinum pontum concludit: at ultra  
Paphlagonum cellus coniuncta est Leucosyrorum,  
Cappadocum & Chalybum ferri prægnantibus agris.  
Inde Lycaoniæ Pisidarumq; arua, simulq;  
Maones & Galatæ medios tenuere recessus.  
Verum ea barbarie nunc tam confusa premuntur,  
Ut neque sint noti fines, neque mænia terris:  
Acque ideo veteres vrbes, & prisca locorum  
Nomina & insignem quondam celebrabimus Issum:  
Mox intus Cydni diuisam flumine Tharsum,  
Et crassam Soloen Pompei nomine dictam,  
Coryciamq; urbem pariter porcumq; specumq;.  
Nec procul Aspendus ripas terret Eurymedonius.  
Hic etiam Attalicus colitur vicina colonis

L I B E R

Cynthia Pergensis simul & Patereus Apollo.  
Inde Craique iugum nocturnoq; igne Chimæram  
Terribilem, & Xanthiflauas linquamus arenas:  
Pisco samq; Gnidon potius, claramq; sepulchro,  
Urbem Halicarnassum & Mausoli nomine regis,  
Ægæi q; alias memoremus littoris yrbes:  
Ionicaq; caput gentis, celebremq; virorum  
Miletum patriam, & Mycales sub rupe Prienem,  
Cum Colophone Ephesum Latoidos æde superbam.  
Hinc Sardi coniuncta tenent vineta Timoli,  
Clazomenæ littus, finuosos Smyrna recessus.  
Interius Trallis, Philadelphia, Laodicea,  
Pergamus ac Thyatira: sed & clarissima rerum  
Troia sub Idæis radicibus, vnde Scamandri  
Et Simeontis aquæ voluuntur in Hellefponsum.  
Antandrus posthæc subit, inq; Propontidis oris  
Cyzicus, extremoq; iacens Nicomedia Ponto.  
Hanc supra ad boream sunt & Chalcedones agri,  
Atq; Heraclei fines, vbi dicitur olim  
Cerberon Alcides ferro durisq; cathanis  
Ex Acheronte imo superas traxisse sub auras.  
Nicæam Ascanius, sed Prusam illustrat Olympus.  
Inde Cythoriaco cum monte videbis Amastrim,  
Et Teutraneos fines, notamq; Carambin:

Moxq;

T E R T I V S.

Moxq; Sinenses medijs spectantur Amisi  
Partibus, irriguisq; assueta Themiscyra campis,  
Hic & Amazonidum prope flumina Thermodoonis  
Castra fuisse ferunt: extrema in littora Ponti  
Vertice montano Trapezus inclusa recessit.  
Interiore Sebastopolisq; & Amasia tractu,  
Ancyra & Iconium, Derbe, cumq; urbibus amplis  
Antiochenorum, vix nota parte coluntur.  
Hic tamen Aegeo curuis illabitur vndis  
Maander, simul & cantu celebrata Caystri  
Flumina, Paetolo coniungitur aurifer Hermus:  
Vorticibusq; altis remorata fluentia Cayci,  
Atque alij subeunt non parui nominis amnes  
Parthenius posthac, & Haly vicinior Iris,  
Sangariusq; petunt Euxini littora ponti.

His tamen omissis pariles videamus ad ortum  
Armeniae tractus, praefecturasq; potentes,  
Et Pariedri altos apices, montesq; Ceraunos:  
Ulteriusq; auro celebratam & vellere Colchin.  
As & Albanorum medios includit Iberos  
Planities, finem Cyro quæ dicit ab amne,  
Et premit eoas Hircano littore partes.  
Samosata Euphratis ripas, Melitenaq; rura  
Tigranacerta tenet colles, Artaxata campos.

L I B E R

Caspia quā præceps ad littora fertur Araxes.  
Inde Dioscorias in finibus Heniochorum,  
Mercibus externis & vocum mille figuris  
Inclyta, latifluas despectat Phasidis vndas.  
Nec procul Hermonassa vetus, vincisq; Prometheus  
Caucasus, at niuibus syluisq; grauatus opacis.  
Eshedones Colchis accedunt, moxq; Coraxi,  
Cimmeriaeq; graui pressæ caligine terræ:  
Inde Melanchlænis Maeotidos accola Sindon  
Iungit Iaxamatas Scythici prope fluminis oram.  
Quin & Hyperboreos montes, Scythiaq; niualis  
Interiora tenent variæ sine limite gentes.  
Prima Arimasporum gryphis inimica propago;  
Finitimi quoque Amazonicæ telluris Alanis:  
Adde & Arimphæos Iaxatarumq; recessus,  
Hippophagos, Antropophagosq;, Galactophagosq;  
Quiq; intus folijs depectunt vellera Seres.  
Multaq; præterea Scythicæ cognomina gentis,  
Quas procul à Tanai boreali parte iacentes,  
Immensus medianam percurrens Asia terram  
Taurus ad extremum discludere dicitur orcum:  
Taurus, qui dites populos terrasq; potentes  
Indorum tepidos late speculatur ad austros.  
Hic iacet emporijs tellus opulenta marinis,

Fertilis

T E R T I V S.

Fertilis omnigenum rerum: semperq; virenti  
Fronde nemus bifera crebro parit arbore fructus;  
Multaq; vastarum nutrit portenta ferarum.  
Nullæ illic hyemes: sed sol æstate perenni  
Vicinis radijs vernantia temperat arua.  
Atque ideo multæ gentes & maxima regna,  
Sinarumq; solum & Chryse peninsula: sed quis  
Omnia barbarici tractus longeq; remoti  
Nomina, tam tenui valeat percurrere versu?  
Indica cis rapidum spaciofo flumine Gangem  
Terra, Palimbotrusq; Chelonophagosq; colonos,  
Bracmanesq; tenet, mox duros Gymnosophistas,  
Bucephalæq; vrbis fines, Mysamq; superbam,  
Quam Bacchus quondam primus orientis in oris  
Condidit: at Macedo non inferiora reliquit  
Oppida transgrediens armis victricibus Indum,  
Haud procul Oceani per littora flexa, Gedroisi,  
Carmaniq; iacent, & florentissima regna  
Persidis ulterius Chaldaeorumq; penates,  
Orchoa, Persepolisq; simul Hecatompylos vrbes,  
Susarumq; arces, Babylonicaq; arua coluntur.  
As<sup>E</sup> in secessu dupli circundata tellus  
Æquore, Petraeos montes, desertaq; passim  
Iugera, felicesq; Arabum distinguere campos

C

L I B E R

Dicitur: hæc Nabatæorum procul intus ad ortus,  
Panchæumq; solum, Pygmæorumq; phalanges  
Terribiles gruibus spectat, pinguesq; Sabæos.  
Hæc thuris lachrymas, & odores pascit amomi,  
Cinnamaq; costumq; simul, casiaeq; saporem,  
Et nardi fruticem, ac stillantem cortice myrrham.  
Nunc Sarraceni redolentibus vndiq; campus  
Rum tenent, Mechamq; superstitione potentem,  
Atq; alias celebres dictis in partibus urbes.  
Sed nos Hyrcani repetemus littoris oram,  
Assyrios, Medos, Hyrcanorumq; colonos,  
Cyropolimq; arcem, Niniq; ad Tigridis vndas  
Mænia, & Ecbatanis iunctam Ctesiphonta vecustis,  
Arsaciaq; urbis tractum, longeq; remotos  
Bætorum populos, Paropanisadumq; recessus.  
His Arianorum gentes, Parthosq; fugaces,  
Sacbarumq; domos, Arachosiaq; insuper arua:  
Multaq; si libeat, Latiae non cognita lingue  
Oppida iam dictis poteris coniungere terris.

Africa nunc sequitur ferore notabilis ipso,  
Vasta, minusq; frequens, tanum fœcunda ferrum.  
Interius quæ sol medius nullas iacit umbras,  
Uruntur flammis, siccisq; teguntur arenis  
Deserti tetro serpentum afflamine campi:

Quodq;

### T E R T I V S.

Quodquia, die, solis violento incanduit æstu,  
Humida nox reficit, paribusque, refrigerat horis.  
Sed notam Lybici peragrantes littoris oram,  
Solis ab occasu, solis videamus ad ortum,  
Anteiquam domum Tingin, constructaque, Mauris  
Oppida, cum stellas humeris Atlanta ferentem:  
Vnde Molucha fluit, Maluæque, propinquior vnda.  
Hic simul Icosium Cartennæque, arua coluntur,  
Pluresque, indigenis noti cognominis vrbes.  
At Numidas fines præterfluit Amsaga: post quem  
Hipponis geminæ Colopisque, videbis vcrinque  
Mœnia, Ruscadæque, solum, sedemque, Siphacis  
Longius à Pelago Cyrtam, & quos Tabraca campos  
Incolit: hinc Uticam & magnæ Carthaginis urbem  
Bragada limitibus nimium discernit inquis.  
Mox geminæ Leptis tractus, Syrtiæque, propinqua  
Clupea cum Taphris, ubi fundit in æquora Triton  
Collectas fluuio ternisque, paludibus vndas.  
Hic circum gentes Nasamonum, Punicalate  
Terra patet: mirumque, nimis quod inhospita Syris  
Littora Lotophagum diris incingit arenis.  
Proximus hinc sequitur Cinyps, aræque, Philæmon.  
Mox ad deuexum penitus Catabathmon habebis  
Pentapolis tractum, & claram Ptolemaidis urbem

L I B E R

Hesperiam, Arsinoenq; simul, mediumq; Cyrenem,  
Ammonisq; domum, & geminā procul inius Oassim.  
Marmaridæ post hac passim sine mœnibus ullis  
Vilia dispersi subeunt magalia ciues.

Inde Parætonium Mareoticaq; arua sequuntur,  
Cum campis Ægypte tuis, qui littora rubri  
Vasta tenent pelagi, longoq; ex ordine tractu  
Æthiopum terris patrium clauduntur ad austrum.  
Hic perhibent moles per ingera molca iacentes  
Pyramidum celsas superare cacumine nubes.  
Hic Psammetichi regis labyrinthius error:  
Pluraq; non minus his extant memoranda, sed ulero  
Urbis Alexandri pariter, veterisq; Canopi,  
Et Pelusiacæ genit; prope littora fines,  
Ac procul à pelago celebres recitabimus vrbes:  
Antiquæ Memphi iunctam Babylonæ recentem,  
Bubasti, Taneos, claramq; Hyperionis arcem,  
Thermopolimq; Cynonq; polin: mox deinde videbis  
Intus ubi Nilus Cancri secat astra, Syenem,  
Centifores Thebas, cultamq; Diopolis aulam,  
Et crocodileis exercita Tentyra monstrus,  
Omnigenumq; deum diuersis procul oppida terris.

Inde sub Ægypto minus hospita solis ob æstum  
Terra iacet campi longe lateq; patentis,

Monstrorum

T E R T I V S.

Monstrorum domus, et rapidis loca subdita flammis.  
Decolor Æthiopum populus per littora sparsim  
Obtinet ardentes vario cognomine tractus.  
Troglodytarum cultis hac parte cauernis  
Lucifero primi Blemyæ iunguntur ab orcu.  
Æc Agisimba procul gelidis discedit ab arctis,  
Atq; vmbras rerum vicinos iactat in austros,  
Hic memorant Nilum Lunæ de montibus orcum,  
Per varios riuos vastosq; paludibus auctos,  
Hinc Elephantinamq; urbem, lateq; patentem  
In medio Meroen concludere: proxima sed posc  
Ægyptus latis spaciantem flumine campis  
In pelagus Pharium septena per ostia fundit.  
Interius deserta tenent nudi Garamantes,  
Moxq; Elephantophagiq; Anthropophagiq; feruntur,  
Et Camphasantes timidi, Satyriq; petulci.  
At procul Hesperium late per littora tractum  
Atlantesq; feri, Getulorumq; coloni,  
Nigritæq; habitant, simul & Phaurusia pubes:  
Insuper & plures alibi: sed promptius altis  
Nubibus, & nitidis dederim cognomina stellis,  
Quam totidem populos, linguas, faciesq; locorum,  
Regnaq; terrarum, cumq; ipsis oppida campis,  
Apricos montes, & opacas vndique sylvas,

L I B E R

Stagnantesq; lacus, & crebri vorticis amnes,  
Luceraq; & gratos possim comprehendere portus.  
Hastamen è multis variarum nomine rerum  
Percurri breuiter mixtas regionibus vrbes.  
Quarum pars superest prisco sub nomine, pars est  
Exidijs deleta: locusq; manentibus iisdem,  
Per totidem linguas & secula temporis acti  
Nomina diuersis causis mutata feruntur.

Nunc locus oceani, quæ sunt à Gadibus usque  
Auroram, & totum quæ circumpletebitur orbem  
Nereus, & quoreis ambitas dicere terras  
Fluctibus extremo terrarum fine coluntur  
Casiteri venæ celebres grauiore metallo.  
At procul hybernis succedunt Anglica regna,  
Litoribus Scotiæ coniuncta: sed Anglia primam  
Londinum, & claras per litora continet vrbes.  
Orchades hinc multæ numerantur, & ultima Thule.  
Atque in secessu propior Selandia tellus.  
Ulterior Scythicus boreali frigore pontus  
Horret inaccessus glacie densisq; pruinis.  
Multi autem terræ solis redeuntis ad ortus  
Undiq; laudatis habitantur in æquore campis:  
Sed vix nomen habent peregrinis versibus aptum.  
Taprobaneq; orbis medium forcita recessum,

Lucibus

T E R T I V S.

Lucibus æquatis depresso conspicit axes.

Hanc circum Oceano variarum altrice ferarum,

Quin & Erythræo plures nominantur in alto.

Gorgonis hinc sedes, & inhospitæ tecta Medusæ

Hesperio tractu surgunt: mox arua beata,

Et fortunatæ sparsæ sine semine terræ.

Eſcetiam ulterius non visa prioribus annis

Insula, diues opum cultuq; immanis agresti,

Quam lucri studium, rerumq; cupido nouarum

Prima sub extremo conspexit sole cadente.

Illatamen valeant: iam nunc propiora sequuntur,

Herculeoq; frero positis utrinque columnis,

Intromissa fluunt per apertas æquora terras,

Extantesq; vagis campos mirantur in vndis.

In primis Ophiusa mari consurgit Ibero,

Cumq; Ebusitanis Balearica regna colonis,

Atq; aliae plures passim sine honore iacentes.

At breuibus ſpacij deſpectat Corsica tellus

Littora Sardiniæ: Tyrrhenum deinde per æquor

Pontia cum Prochyta, Capreæ, Planasia: moxq;

Scylla feroc; canibus, ſimil & Zanclea Coarybdis.

Ausoniæ Siculæq; tenent confinia terræ.

Inde Pitheciæ, Lipara & Vulcania, poſc quas

Strongyle, & innumeræ penitus vifuntur in alto

L I B E R

Insulæ: ante alias sed enim præstantior ( olim  
Cyclopum Cererisq; domus ) Trinacria monces  
Finibus extremis diuersa per æquora fundit,  
Cumq; Peloride Lilyben, vastumq; Pachynum:  
Interius celebrem flammis viuacibus Ætinam,  
Atq; Erycis templum & claras amplectitur yrbes,  
Messanam, Catinam simul & Megarenia rura,  
Cumq; Syracusis Drepanum, notamq; Panormum,  
Tauromenio, Camerinā, Agraganta, Leontion, Hy-  
Sunt etiam Adriaco Diomedis nomine dictæ, ( bla.  
Et quas Ionium late circumfluit æquor,  
Phœacum sedes Corcyra, & littus Echinæ,  
Insula mox Cephalenorū, et nemorosa Zacynthus,  
Illustrisq; Ithaca, & Strophades, quas dira Celæno  
Harpyiæq; aliæ quondam tenuisse feruntur.  
Hinc Theganusa iacet, Veneriç; dicata Cythera,  
Insuper & Salamis, propiorq; Ægina: sed intus  
Myrtoum Sporades fluctu circumsonat æquor  
Nisyron, Olearon, Theram, Melonq; rotundam,  
Syron & Hippurim, Patmon, viridemq; Donysam:  
Inde Lebynthon & Icariam, sparsasq; per altum  
Cycladas, albentemq; Paron, planamq; Seriphon.  
Mox Delon Mycone celsa Gyaroq; reuinētam,  
Florentemq; Cythnon, Sicynon, sacramq; Lyæo,

Naxon,

T E R T I V S.

Naxon, & hinc Siphnon, et Rhēnē, mox Tenō et An  
Separat Aonijs procul hinc Euripus ab oris ( drō  
Euboicas vrbes, Chalcin niueamq; Caryston,  
Ceneiā iugum, infidumq; Capharea nautis.  
Addetor Ægæo distinctas æquore terras,  
Sciathon, & nitidis lætam Peparethon oliuis,  
Tum Scopelon, Scyrū, & Vulcani mænia Lemnum,  
Threiciamq; Samū, Tenedon, mox Chion et Imbrō.  
Et Mitylenæam spacioſo littore Lesbon,  
Iunonisq; domum, sed Astypaleia rura,  
Carpathijq; maris Rhodiorum & Apollinis vrbes,  
Lindon, Ialysonq; simul, veteremq; Camiron.  
Illustrant etiam Creten hecatompolin vrbes,  
Liētus & hinc Gnosus, Cydon, Gortina, Lycaſtus.  
Atq; aliae, quarum vix nomina nota supersunt:  
Ida Iouis cunæ, & Diētæi culmina montis,  
Hisq; Samonian adiunges, Criuq; Metopon.  
Ißicus inde ſinus Cypri complectitur vrbes,  
Cū Salamine Paphū, grauidamq; Amathunta metal-  
Sed quid nota ſequor? multæ ſinc lege iacentes (lis.  
Inſulæ Oceano in magno, medioq; profundo,  
Partim homini cultæ, partim deſerta ferarum  
Pascua, neglectis pelagi clauduntur in oris.  
Quædam iam celebres, olim ſine nomine terræ

L I B R

Mulcarum nechonor priscus, neq; nomen habetur,  
Sed libet hoc portu fessas subducere naues.

R V D I M E N T O R V M C O S M O -  
graphicorum Liber IIII.

Postquam præcipuis cæli terræq; marisq;  
Partibus inuesti, verboq; creata potenti,  
Humanæq; manus monumentæ stupemus & artem:  
Nunc propiora sequi, mundumq; videre minorem,  
Et quicquid propter talem Deus ipse creauit,  
Ingeniumq; hominis longo quæ reperit vſu  
Dicere pergemus: superent modo nomina rebus.  
Principio terræ dominum, rerumq; potentem,  
Præstantem specie fortunatumq; superni  
Naminiſ aspectu, quamuis damnauerit error  
Impius, & diræ subiecit corpora morti:  
Non tamen ingenuæ penitus vestigia formæ,  
Nec data cesserunt diuinæ semina mentis:  
Quæ solus nouit, solus scrutatur ab alto,  
Qui regit affectus varios, animisq; vigorem  
Suggerit, & corpus magnis virtutibus implet.  
At nobis breuiter, quæ sensibus vndiq; nostris  
Occurrunt, notæ referentur carmine partes  
Corporis, & summo quæ sunt à vertice membra.

Sanguis

Q V A R T V S.

Sanguis, adeps, cerebrū et pingui cum carne medullas,  
Venarumq; viæ graciles, arteria, nerui,  
Ossaq; membranæ, sudoriferiq; meatus,  
Et cum visceribus distinctæ in corpore fibræ.  
Moxq; decus capitis vultus, geminæq; lucernæ  
Corporis, & custos teneræ palpebra pupillæ,  
Occiput atque aures, cilium, caluaria, nasus,  
Maxillæ duplices, & frons sacrata pudori,  
Temporaq; et nares, calamistratiq; capilli,  
Elatumq; supercilium, promissaq; barba,  
Mandibulamq; regens mentum, labiumq; decorum,  
Os hominis, rostrumq; arium, ridensq; ferarum.  
Hinc guttur subit, atq; imo tonsilla palato,  
Et gula dependens à faucibus, inq; recuruis  
Gingivis dentes, septæ munimina linguae.  
Affinis iugulo ceruix, collumq; superbum,  
Spinaq; vertebris toto fortissima dorso,  
Brachia cum scapulis, humerus, manus, vlna, lacertus  
Musculus, axillaq; cauæ, cubitiq; sequentes,  
Palmaq; cum digitis, index cum pollice, verpus,  
Sinciput atque vertex, cutis, & cum ventre papilla,  
Et ventris medium, atque extremi corporis vngues.  
Hinc laterum robur costæ, præcordia, mammæ,  
Intestinorum series, cordisq; recessus,

L I B E R

Splen cum felle, iecur, pulmo simul ilia, lumbi,  
Efons morborum stomachus, vesica, renesq;  
Pectora cum pugnis, & edax cum clunibus aliis,  
Mentulaq; & femorum partes cum cruribus: inde  
Vulua, nates, inguen, matrix, præputia, testes.  
Cum genibus tali, & gemino cum poplice sura,  
Plantaq; cum pedibus, robustaq; tibia, coxae,  
Postremi q; simul calces, & quicquid in ipso  
Corpore diuersum supereſt, propriumq; ferarum:  
Concha, pilus, squamæ cum pennis, vellera, setæ,  
Ungula, cumq; toris palearia, pellis & armi,  
Cornua cum cristi, mox cauda, proboscis & alæ.

Sed dum præcipuos memoramus corporis artus,  
Sensim ad res alias ventum est: pariterq; videndæ  
Quadrupedum ſpecies, ſæuarumq; ordo ferarum,  
Iunctaq; reprilium varijs infecta figuris,  
Squamigerumq; genus pisces, pictæq; volucres:  
Et quicquid natum tellus habet, aer & unda,  
Atque hominis pedibus ſubiectum, plurima paſſim  
Sponte ſua confert ſecuræ commoda vitæ.  
Principioq; duces, aries & taurus, & hircus,  
Mox equus & mulus, verres, maialis & agnus,  
Inde ſues, veruex, cumq; agris porcus asellis,  
Lanigeri q; greges, ouiam perulansq; capella,

Bubalus

Q V A R T V S.

Bubalus ac barrus, vitulus, bos, vacca, caballus,  
Capreoli, leporesq; leues, & odora canum vis,  
Armeniae tigres, iracundiq; leones,  
Cumq; lapis vrsi, lynxes, panchera, camelus,  
Simius, ichneumon, erinaceus, hinnulus, histrix,  
Rhinoceros, elephas, crocodilus, cercopithecus,  
Tragelaphusq; hippopotamus cum dorcade ceruus,  
Sænus aper, volucresq; ibices, pardiq; feroce,  
Sylvestresq; onagri, vulpes, leopardus & vrus,  
Talpaq; luce carens, crocuta, sciurus, hyæna,  
Castores amphibij, lutræ, damaq; fugaces,  
Murilegi feles, sorices cum muribus atque  
Mustelis, glires, viuerra, cuniculus, hædus:  
Ignotæq; aliæ species atque oraferarum,  
Quæ passim varius sine nomine procreat orbis.  
Corporis exigua sunt & quæ mole feruntur,  
Fucus iners, apumq; genus, vespæq; nocentes,  
Infestumq; crabro pecus, atque infestius œstrum,  
Musca, culex, bruchus, cynomya, terredo, locusta,  
Atque hyemis formica memor, segnisq; cicada,  
Blattaq; papilio, tineæ, & cum cimice bombyx,  
Pyraustæ simul & nitidis lampyrides alis,  
Curgulio, campe, conuoluulus, atque cerastes,  
Hinc eruca, pulex, & amica cruxis hirudo,

L I B E R

Stellio, lumbricus, scarabæus, aranæus, aspis,  
Scorpius, aspectuq; nocens basilicus, echidna,  
Cochlea, & infestus serpens, buprestis & hydrus.  
Tum domiporta subit testudo, lacerta, dracones,  
Tipula, rana, grauis bufo, salamandra, rubeta,  
Cantharis ac limax, scolopendra, phalangia, gryllus.  
Quin etiam liquidis quædam pascuntur in vndis,  
Ostrea cum conchis, cancer cum murice, perca,  
Cetus, amansq; hominis delphinus, phoca, balena,  
Vericolor polypus, cum passere scalpa marino,  
Carpio cum scombris, & cum torpedine rhombus,  
Cumq; halece scarus, murenaq;, sepia, salmo,  
Gobius, auratae q;, acipenser, mena, silurus,  
Tynnus & anguillæ, canis, & cum mugile congrus,  
Hinc lupus ac barbo, mulusq;, echeneis, hirundo,  
Quiq; ferunt alijs accepta vocabularebus.  
Inde genus volucrum cælo quod gaudet aperto,  
Anser, anas, perdix, turdus, gallina, palumbes,  
Nisus & accipiter, motacilla, monedula, miluus.  
Psittacus hinc sequitur, pictisq; nitentia pennis  
Corpora pauonum, phasianus, turtur, hirundo,  
Vocales merulæ, fringillaq;, frigore gaudens,  
Regulus, alcyonesq; & sturnus, alauda, coturnix,  
Accagen atq; apodes, philomelaq;, passer, acanthis,  
Pica

Q V A R T V S.

Pica loquax, aquilaq; leues, & garrula cornix,  
Graculus & picus, cuculus, curruga, columba,  
Gryphes hyperborei, phœnix simul ardea, cygnus,  
Scruchia ac falco, & cum porphyrione pygargus,  
Aeriaq; grues, longoq; ciconia rostro.

Hinc fulica atq; parix, vultur, ficedula, mergus,  
Et cristatus epops, ibisq; infesta colubris,  
Noctuaq; & merops, bubo funestus, & otus,  
Nycticorax, ulula, strix, vespertilio, coruus,  
Quæq; locis alio viuunt sub sole remotis,  
Et peregrina tenent cognomina. Protinus illis  
Quicquid in Alcinoi syluis, & Adonidis hortis  
Crescit, hamadryadum saltus, viridesq; napæas.  
Et quas immenso tellus producit in orbe,  
Vallibus aut campis fluuijsq; & montibus altis,  
Per varias species necltemus in ordine plantas.

Primaq; cirrus adest, mox cedrus et innuba laurus,  
Hinc acer & ficus, pinguesq; sequuntur oliuæ,  
Pampineaæ vices, & amidæ vitibus ulni,  
Persicus atq; pinus, sambucus, amygdalus, ormus,  
Sacra Ioui quercus, frondosaq; tegmine fagus,  
Castaneæq; simul coryli, patulæq; iuglandes,  
Bdellia, lentiscus, fructuq; onerata rubenti  
Arbusus, & lentiæ vidoris præmia palmæ,

L I B E R

Populus & præcox cerasus, nodosaq; cornuſſ;  
Et platanosteriles, curuataq; glandibus ilex;  
Hinc abies, pinusq; virens, labrusca, cupressus;  
Esculus ac teda pingues, ferulæq; minaces,  
Molle filer, piceæ, malus, cerebinthus: at inde  
Taxus & amnicolæ salices, lentæq; genistæ,  
Mesphilus & morus, larix, oleaster, arundo:  
Mox hebenus, lotusq; & spinis prunus acutiss;  
Et cum iuniperis cycisti, fatuæq; mariscæ.  
Hinc tiliæ molles, & fraxinus utilis hastis,  
Horrentesq; rubi, simul & viburna, chamædryſſ;  
Cum rusco sorbus, cum spino myrtus & alnus,  
Perperuoq; virens buxus, tenuesq; myricæ:  
Milleq; pomorum species, quibus optima tellus  
Ex promit variosima radice saporeſ;  
Cum nucleis resinam, & maturo semina fructu,  
Cum q; acinis baccas, glandesq; vnuasq; nucesq;  
Hinc frutices simul & nitidæ cum floribus herbæ,  
Balsama cum casia, thus, myrrhaq; nardus, amomū,  
Acacia & moli, mox dira aconita sequuntur,  
Narcissus, viola, & nimium rosa plena pudoris,  
Caucalis, œnanthe, rododaphne & amaracus, iris,  
Acorus, hyſſopusq; althæa, lauendula, caltha,  
Fæniculumq; anisumq; chelidoniumq; crocumq;  
Rugosum

Q V A R T V S.

Rugosum piper, & pallentis grana cumini,  
Et cum lactucis caryophyla, zingiber: inde  
Ozima chærephylumq; immortalesq; amaranthi;  
Et satureia thymi referens thymbraq; saporem;  
Salvia, dictamnus, blitum, colocasia, sandyx,  
Peucedanumq; apiumq; melanthia, petroselinum;  
Ambrosia, & baccæ semper frondentis acanthi,  
Capparis & tristes inulæ, corruda, sinapis,  
Artemidisq; chamæpityosq; atq; achrados herbae,  
Allia cum cepis, coriandra, papaver, anethum,  
Corchorus in lachanis, carex, absynthia, spelæa,  
Rutaq; serpillumq; & suave rubens hyacinthus,  
Silphion, andrachne, raphanus, nasturtia, caules;  
Brassica cum rapis, cyperus, spinacia, porrum,  
Pisa, fabæ, ciceres, reliquiq; leguminis ordo,  
Ordeaq; & milium, far, chondrus, auena, filigo;  
Infelix lolium, vicia tristisq; lupinus,  
Triticeæ messes, & humi nascentia fraga,  
Cum fœnugræco staphylinus, aristolochia:  
Hinc eruca salax, scolymus, satyriq; gemelli;  
Marrubium, panicumq; & hyoscyamus, sagapenum;  
Lapsana, verbascum, plantago, anchusa, simulq;  
Esula cum betis, solanum, strychnus, oryzæ,  
Lilia, mentastrumq; euphorbia, centaurea,

D

L I B E R

*Abrotanum, seseli, mox & cynoglossa sequuntur,  
Asphodelus, smilax, eryngion, enneaphylon,  
Pulegij, nepetæ simul & borraginis herba,  
Betonica & scandix, muscus cum rore marino,  
Inde meliphyllon, panaces, scammonia, scylla.  
Solesequiu, graueolens cunila, ac verbena, pyrethrum,  
Hellenium, lupulus, buglossa, flix, adianthum,  
Errantes hederæ, lapathus cum baccare, malua,  
Menta, leonpodion, lentes, nuncumq, ligustrum,  
Cum rutilis ebuli baccis, melilotus, hibiscus,  
Intybus atq, atriplex, boletus, tubera, fungi,  
Asparagi, pepones, bulbi, gelidusq, cirrullus,  
Et tenero cucumis, longoq, cucurbita collo,  
Saxifraga, origanum, mox glycyrriza, melones,  
Granaq, pæoniæ, vaccinia, costus, aizon,  
Anthemis, & viscum quod non sua seminat arbos,  
Ptisana, symphytonq, cichorea, myriophylon,  
Clematis atq, aloe, ladunum, hypericonq, foratum,  
Hinc siser, helleborusq, duplex, & noxia succo  
Galbana, lonchitis, mox camphora, titibymallusq.  
Mandragoræq, simul flores & mæsta cicuta,  
Spinaq, cum rusco, paliurus, lappa, eriphylion,  
Carduus ac tribulus, rhamnusq, vrtica, faselus,  
Cum pentaphyllo saliunca, dracunculus: inde  
Cannabis*

Q V A R T V S.

Cannabis & spartum, linumq; anagyrus & eruum,  
Juncus cum scirpo, simul vlua, papyrus & alga,  
Stirps, radix, folium, flores cum cortice, rami.  
Spicaq; cum siliquis, stipulae q; & culmus, arista.  
Sed quis cunctarum vires & nomina verbis  
Explicet, aut possit totidem discernere formas?  
Cum plures herbæ quam nomina: proinde relictis,  
Naturæ rebus, magis explorata sequemur.

Atque magistratus dicemus & officiorum  
Nomina, & artificum diuersas ordine seatas,  
Archiduces, comites, celsum cum principe regem,  
Induperatorem, chiliarchon, & inde tribunum:  
Hinc subit inuicti miles cum cæsar is armis,  
Satrapa, præfectus, gemino cum consule quæstori:  
Mox proconsul, eques, vexilliferumq; secuti  
Cum ducibus, præco, legatus, scriba, satelles,  
Aedilis, prætor, iudex, equitumq; magister,  
Interrex, censorq; grauis, sanctusq; senatus,  
Patricioq; simul cum dictatore decani.  
Carnifici iunctus centurio, lictor & augur,  
Pontificumq; grauis fido cum præfide cœtus.  
Janitor atque vigil, cumq; ædituente sacerdos.  
Sunt etiam variæ famosi nominis artes,  
Quas quis vel casu, qua ratione secutus:

D 2

L I B E R

Hinc professorum venit longissimus ordo,  
Grammaticus, rhetor, dialecticus, inde sophista,  
Astrologus, geometra simul, iurisq; peritus,  
Philosophus, medicus, post musicus atq; poeta,  
Cumq; mathematico socius chirurgus, et acri  
Physicus ingenio, vates, phonascus, aliptes,  
Tibicen, historicus, phrygio, tractator arithmi,  
Bibliopola simul sculptor, coccus, archimagirus,  
Chalcographus, solers pictor, praesagus aruspex.  
Inde propola venit pariter cum litis amante  
Causidico, post hunc fidicen, vesillo, magusq;.  
Pannifices, fullo, tubicen, figulusq; sequuntur,  
Institor, aurifices, mercator, pharmacopola,  
Mox lapicida, faber, cytharædus, pellio, textor,  
Cumq; trapezitis, fusor, gemmarius: inde  
Vinitor, herbarum legulus, factorq; papyri.  
Athletæ, pugiles, et cum cursore probatus  
Schœnobates, tonsor, chartarius et gladiator,  
Quiq; simul statuas vnguentaq;, cribraq;, sellas,  
Carbonesq; solent et vitrea parare, quibusq;  
Bractea, marsupium, pariter cementa, sagittæ,  
Plaustraq; carpentumq; dedisse vocabula constat.  
Funificesq; simul, futor, coriarius: et mox  
Oeconomus, lanius, pincernaq; et architriclinus.

Pistor

Q V A R T V S.

Pistor, & hinc molitor, mensarius & publicanus:  
Tum gladiorum opifex, & notior hospite caupo,  
Nauta simulq; agilis remex, auriga, viator,  
Agricola atq; olitor, piscator, villicus, auceps.  
Hinc durus messor, cornarius, histrio, sartor,  
Mulio & ægonomus, venator, fossor, agaso,  
Pastor & vphilio, mox bubsequa, mango, subulcus.  
Inde gradus veniunt, & iuncti sanguine cætus,  
Agnati pariter cognatorumq; propago,  
Affinis, coniunx, vxor, procus atq; maritus,  
Cum socero, sponsusq; gener, socrusq; nurusq;,  
Sobrini, patruusq; grauis, geminiq; parentes  
Cum genitrice pater, mater tera, consobrini,  
Germaniq; simul fratres, gratæq; sorores:  
Hinc patruelis ades, natiq; simulq; nepotes,  
Mox & aius proauusq; & auunculus atq; gemelli  
Fratria cum leuiro, iunctusq; sororius: inde  
Vitricus, atq; audax sequitur cum glore nouerca.  
Priuignus pariterq; amita atq; amitinus: ac vltis  
Patronusq; reusq; cliens, testator & hæres,  
Et cum legitimo paruus rucore pupillus.

Nunc simul ingenij clarorum inuenta virorum,  
Instrumenta, operum variis quæ postulat usus:  
Et structurarum partes, luxusq; regens

D 3

L I B E R

Corpus & escarum percurret nomina carmen.  
Quinquam hæc de multis sint pauca vocabula rebus:  
Mensa, tripes, flabrum, catus, scutella, canistrum,  
Vrceus ac scyphus, mox amphora, cantarus, verna,  
Olla, lebes, cacabus, discus, sartago, patella,  
Arca, lagenæ, cadusq; & cocta fidelia limo,  
Libra, calix, modius, crater, lanx, quadra, salinum,  
Pocula cum calathis, gutturnia, pelvis, amussis,  
Et cum pistillo mortaria, follis, abenum,  
Fuscina, marsupium, & firmis charchesion ansis:  
Inde veru, coclear, chyropus, mantile, paropsis,  
Cupaq; cum loculis, cyachi, pateræq; capaces:  
Mox infundibulum, culter, craticula, funda,  
Mappa simulq; abacus, lychnus, cum forfice, cribrum,  
Aiq; Cytoriaca plenæ cum pixide cistæ,  
Tessera cum talis, pila, deinde fritillus.  
Tibia, testudo, cytharæ, tuba, fistula, plectrum,  
Dux laterna viæ, speculum, candelabra, sistrum,  
Siragula, lodices, lectus, substrataq; mollis  
Culcitra, puluinæ, cunabula sponda, scabellum,  
Scrinia, ceruical, iunctisq; aulæa taperis,  
Circinus, ampullæ: mox dentiscalpia, corbes,  
Antlia, rastelli, mulætrale, catena, batillum,  
Fusus, verticulumq; colus, glomus, annulus, orbis,  
Filaq;

Q V A R T V S.

Filaqb, pe<sup>t</sup>ten, acus, simul addita licia telæ,  
Hinc dolabra, limæ cum forcipe, malleus, incus,  
Ascia cum cerebro, cuneus cum cote securis:  
Tum runcina, scopæ, fabrilia, scalpra, dolones,  
Torcular, & prælum, ac dentata lamina ferræ,  
Sarcula, ventilabrum, & triplici cum falce bidentes,  
Carpentum, temo, currus, rota, vomis arairum,  
Arbutæ crates, & mystica vannus Iacchi,  
Stiuaqb, cum radijs, buris, ligo, canthus & axis:  
Hinc saccus, dolium, contexta qb, fiscina virga.  
Gausape, mox restis, pluteus, ledica, cylindrus.  
Tribulaqb, trabeæqb, & iniquo pondere rastri,  
Sella quoqb, & phaleræ, strigiles, furcæqb, bicornes,  
Calcar cum stimulis, & ephippia, frena, capistrum,  
Retia, muscipulæ, amites, pedicæ, atqb, matellæ,  
Verriculumqb, auidisqb, voratus piscipus hamus,  
Hastaqb, cum clypeo, gladius, vagina, bipennis,  
Calua, simulqb, arcus, & plena pharetra sagittis,  
Pugio, bombardæ, catapulta, balista, flagellum,  
Mantica, mallauium, trochus atqb, nouacula, parma.  
His quoque diuersæ succedunt ordine partes,  
Ædibus in cunctis quæ plusius minusue struuntur:  
Porticus, aula, domus, pavimentum, limina, postes,  
Ostia, vestibulum, & bifores cum cardine valvæ.

D 4

L I B R

Atria, triclinium, puteus, cœnacula, scannum,  
Cum locuplete penu stabulum, viuaria, cellæ,  
Hinc hypocausta, bases, cameræ, celsæq; columnæ,  
Iuncta q; cum caueis apotheca, cubilia, fornix,  
Carcer, et effosso deducta cloaca canali:  
Inde peristylum, testudo, gynæcion, antes,  
Cum fundamento paries, laquearia, portæ,  
Janua, et interior postica, fenestra, lupanar,  
Pessulus atq; seræ, clavesq; repagula, vedes,  
Pergula, scala, gradus, podium, præsepe, caminus,  
Moxq; culina, focus, fornax, fumaria, furnus,  
Hortus et impluuium, granaria, balnea, turres,  
Area, protectum simul et subgrundia, culmen,  
Scandula cum trabibus, regulæq; et tignus, et imbrex,  
Horrea, cancelli, et summi fastigia recti.

Sunt etiam nauis partes, et multa suppellex,  
Malus, et antennæ transuersis cornibus, vnde  
Carbasa dependent, remi, crassiq; rudentes,  
Transitorum series, pariterq; harpago, carina,  
Ancora cum rostro proræ, fixusq; repandis  
Puppibus et certo rectus moderamine clavus.

Indumenta simul vario confecta labore,  
Pellibus et pannis, de bombyce, vellere, lino:  
Purpura, pelliciumq; chlamys, toga, penula sindon,

Pallia

Q V A R T V S.

Pallia, diplois, strophium, multitia, peplum,  
Hinc tunics manicæ sunt, & redimicula mitris:  
Byssus ad hæc &, cum lato sudaria clavo,  
Infulaq; & regale deus, diadema sequuntur,  
Bullaq; & interulæ, stola, flammea, vitta, lacerna,  
Cingulus & caligæ, braccæ, prætexta, tiaræ,  
Balteus ac thorax, galeæ mox fibula, cestus,  
Fascia cilicumq; & prodigiosa cuculla,  
Fimbria, reticulum, chirotheca, monilia, pallæ,  
Sandalium, torques, tremulæq; in vertice cristæ,  
Supparus atq; sagum, loricaq; limbus, abolla,  
Centones, trabea, cum cyclade, læna, calyptæ,  
Paludamentum, femoralia, bardocucullus,  
Calceus, atq; ocreæ, conus, pileusq; galerus,  
Cum soleis, crepidæ, socci, celsi q; coiurni.

Sunt etiam omnigenum delectamenta ciborum,  
Siue ea dura fames reperit, siue ipsa voluptas:  
Panis & intritum, simul & bellaria, pulces.  
Affa q; cum frixa atq; elixa carne, medulla,  
Condimenta salis, mox & prædulcia mella,  
Saccaron, offa, garum, tucceta, tomacla, polenta  
Cum pulpamento, scriblita, botellus, & ouum,  
Artocreaq; , fauusq; recens, obsonia, manna,  
Pappaq; , farcimen, petaso, placenta, butyrum.

D 5

## L I B E R

Durati sale terga suis, cum sumine, perna,  
Caseus, issicium, succidia, deinde minutal,  
Castaneæq; nucesq; & suaue rubentia mala.  
Hisq; epulis grati miscentur sæpe liquores,  
Hydromel, & mulsum, ceruisia, nectar, acetum,  
Potus aquæ, zythum cum succo pinguis oliui,  
Cumq; mero vinum dilutum, ac defructa, mustum.  
Hinc muriæ latices, & optimi copia lactis,  
Vile serum, vapæq; stupor, siceræq; sapores.

Verum hæc humanæ diuis concessa saluti,  
Morborum ingenti contra pensantur aceruo:  
Quos tandem pariante vitiati in corpore primum  
Quatuor humores, cholera & cum sanguine phlegma  
Atque melancholia: & rerum peruersus abusus.  
Namque aer, cibus & potus, motusq; quiesq;  
Somnus & excubiae, replendiq; insuper ordo,  
Afflusq; animi, mulsum dominantur utranq;  
In partem, & prauo generant moderamine morbos:  
Qui pareim chronicæ, partim nominantur acuti.  
Hinc tuſis, ſpasmus, tetanus, dispnæa, catarrbus,  
Vulua, ſingultusq; & cum raucedine rheuma,  
Serumaq; cum gibbo, ſycoſis, verruca cicatrix,  
Vomica, lichenes, varix, glaucoma, parotis,  
Et cum furfuribus, cumq; intertrigine ſcyrrus,

Lentigo

## QVARTVS.


Lentigo ac scabies, & cum porrigine psora,  
Phthiriasisq; scatens, furunculus, inq; petigo,  
Et quæ vicini corpus contagia lædunt,  
Mydriasisq; simul madarosis, opisthotonusq;  
Polypus & graueolens ozaña, grauisq; coryza:  
Hinc & alopeciam sequitur, cephalæa, veterinus,  
Leucoma, ægilops, ophthalmia, branchus & aphæa,  
Trichiasis, vitiligo, simulq; scotoma, synanche,  
Et tacitum mentagra nocens, epinyctis & alphos,  
Phthisis, erisipelas, anorexia, syncope & asthma:  
Moxq; paronychia morbo subit algos odonton,  
Hemicræna grauis, manuum nodosa chiragra,  
Lepra, elephantiasis, cancer, gangræna, parulæ,  
Hernia, prurigo, rhagades, tumidæq; marisca:  
Inde gonorrhææ labes, stranguria, & horror,  
Ischias, arthritus, phagedæna, podagra, marasmus:  
Tum dysenterie fluxus, & tormina venris.  
Cumq; diarrœa, lienteria atq; tenasmus.  
Icterus, ascites, simul hæmorrois & hydrops,  
Bulimus, & languens dispepsia, calculus, ichor,  
Colica, lithiasis, dysuriæ, mox diabetes,  
Cumq; priapismo bubon obscænus: at inde  
Cæliacus morbus, pleuritis & enterocele,  
Cardiacusq; dolor, tonsilla, nephritis & antibrax,

L I B E R


Incubus, hydrophobus, raptæq; epilepsia mentis,  
Quem morbum herculeū dicunt, sacrumq; caducumq;  
Infaustum inter suffragia committialem,  
Nec paralysis abes̄, pariterq; epidemica pestis,  
Ecstasis, & mania furor, atq; insana phrenitis.  
Ileos, abscessusq; graues, apoplexia morbus  
Sonicus: hinc herpes, & condyloma sequuntur,  
Exanthema, simulq; oscedo, cachexia, phlegmon,  
Pulmonis splenisq; labor, cephalalgia, febres,  
Hectica cum putrida, tritaea, & ephemera, causon,  
Quartana atq; aliæ, quarum discrimina nouit,  
Qui solus mundi cunctas speculatur abyssos.  
At nos chiliadas rerum numerare parati,  
Vocibus in medio priuamur: nec tamen ista  
Nomina cum proprijs pigeat perdiscere rebus.  
Cætera quæ restant, nec sunt numerata sub istis  
Veribus, explebunt doctorum scripta virorum.  
Nos quoq; difficiili functi mea musa labore,  
Cum perculta graui premerentur pectora fluctu,  
Arma inter media, & rabiosam dæmonis iram,  
Carmina nunc alios potius cantare finamus.

F I N I S.











CIRCVLI SPHAERAE  
CVM V. ZONIS.



a

ORDO PLANETARVM  
CVM ASPECTIBVS.



V M  
REGIONES ET NOMINA  
VENTORVM.

SEPTENTRIO.

Θεασκίας      Απαρκτίας      Βορέας  
Circius              Septentrionarius Aquilo  
                        Nord.

Αργέσις  
Caurus  
  
Ζέφυρος  
Fauonius  
Vneſt.  
  
Λίψ  
Africus.

Καικίας  
Helleſpontus  
  
Απιλιάτης  
Subſolanus  
Oſt.  
  
Εὔρο  
Vulturnus

Λιβόνοτο  
Νότο  
Auster.  
Sud.

MERIDIES.

# VNIVERSALIS COSMOGRAPHIA

## Gradus Climatum

**Gradus Lacivitatis**

# SEPTEN' RIO

SCCIDENTS


2

# TIGVRI ME

## Gradus

M.D.XLVI

23








b





b 2





D 3





C





C 2





C 3








d



d 2










Ma 742.





Na 742

(X2273346)

Sb.






# Farbkarte #13

B.I.G.

Black	
3/Color	
White	
Magenta	
Red	
Yellow	
Green	
Cyan	
Blue	



RUDIMENTO.  
RVM COSMOGRÁ-  
PHICORVM IOAN. HONTERI  
*Coronensis libri III. cum tabellis Geo-  
graphicis elegantissimis.*

De variarum rerum nomenclaturis  
per classes, Liber I.



M. D. X C.